

habere justitiam aut amorem bonum per tres annos. Item solvit praedictus Thomas pro pederasch Albino 'de Zutz 23 lib mez. et de unaquaque lib. 2 quartal grani per tres annos. Item fuit fidemissor iterum pederatsch contra dom. schalriter de buno pro 38 quartalia grani, pro quibus venditus fuit equus, qui fuit sibi carus 3 libr. Item idem pedrasch tenetur Thomae 12 libr. mez. et de omni libra 1 quartali grani iam per tres annos. Item idem Thomas est fidemissor pederasch contra Frid. de sturvis pro 28 libr. et 28 quartal. grani, pro qua pecunia et grano dedit praedictus Frid. pratum unum, quod est pedrasch et dicit dominus de Vatz, esse suum, et sic accepit ipsum pratum in suam potestatem. Item iterum est fidemissor pedrasch contra Cristoforum de graua 29 libr. mez. quas quotidie ab ipso Thoma postulat. Item de omnibus supra dictis promisit pedrasch de se ipso et Jacobo Reden, fratre suo, piae memoriae, ipsum Thomam facere indempnem donec ad unicum denarium bona fide. Et haec omnia bene probare potest cum probis hominibus.

Aus der zweiten Hälfte der Urkunde seien nur noch folgende Sätze wiedergegeben:

H. de Vatz et Vincencius de Mulden acceperunt ipsis in publica strata per vim ac in districtu et ducatu eccl. Cur. 2 equos, qui bene valuerunt 100 libras. Item in ipso litigio vendidit idem Vincencius praedictis H. et Wilh. de langenzona 2 equos et 1 släppam et voluit nullam iustitiam ab ipsis recipere coram domino meo praeposito nec alibi. Item H. de Vatz et Vinc. de Mulden spoliaverunt eos 5 equis, 3 bobus et 2 vaccis. Item volebant praedicti de Vatz et Vinc. et socii eorum captivasse quendam lombardum, qui venit de Curia cum R. Ruhmberg in ducatu et tensa nostra et eccles. Curiensis. — H. de Vatz et Swigerus Münstr., R. pasthardus et ulricus filius et Alexander frater H. fregerunt tensam et ducatum eccl. Cur. in monte septimo spoliando quosdam lombardos equis ipsorum, videlicet 11 equos in alpe propria eccl. Gur. videlicet Zuzoni et Irhardo de Ela.

Erwähnt werden ferner: Wernher Praesannes, Peter de Curtesia, Christoph. de Graua, Eg. de Schawenstein, Lutold de Muldins, Albertus Schrofa, Schirun de Zutz, Gaschun de Buno, dictus Rambach, Margareta Essermann, Andreas Papin, Swigelinus de Plazola, Jacobus de Valle, infantes Bellaflor, Chunradus de Casanova, Ulricus de Marmorea. — Dictus de Vatz et homines sui in Buna damnificaverunt Ulricum de Marmorea in treuga bona facta inter eccles. Cur. et ipsos bene ad 200 libr. mez., Frid. de Marmorea